

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Tractatus ascetico-theologicus de religione s. de statu religioso -
Ettenheim-Münster 100

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput septimum

[urn:nbn:de:bsz:31-110938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110938)

Solo Deo contenti vivunt. Eja Religionis Candidati, sicut vobis quidem temporalia in usu, sed sola aeterna in desiderio. O vos felices, si cum Apostolo Philipp. 3. v. 8. dicere possitis, Omnia arbitror ut sterora, ut Christum luvi faciam! In hoc enim vera ac perfecta paupertas consistit, ut scilicet omni erga res terrenas deposito affectu, eas velut pedibus proteratis ac proinis contemnatis, quo certe contemptu veram felicitatem, qualis saltem in hoc mundo haberi potest, assequemini. Neque enim beatitudo hominis in hoc sita est, ut multa possideat, sed ut desiderio suo plenè satisfactum videat. Beatus est, inquit S. Augustinus, qui habet quidquid vult. Tales re verà sunt pauperes spiritu, si siquidem habent quidquid desiderant, cum nihil desiderant proter id, quod habent. Hoc contenti et saturati sunt, nec quidquam amplius cupiunt; quinimò omnia illis superesse et redundare videntur. De iis dicit Apostolus 2. Cor. 6. v. 10. Nihil habentes et omnia possidentes. Quia Deum possident, in quo sunt omnes thesauri, opes, gloria, potentia, delicia, voluptas; verbò, in quo sunt omnia desiderabilia. Alii igitur alia querant, alia desiderant, vos verò unum Deum, qui est summum bonum, qui est bonum bonorum omnium, desiderate; aliis terrenas voluptates, seculi divitias relinquitte, Deum vos habetis, et sic omnia habebitis. O Deus et omnia! Vobis sit Deus epulum, delectatio, divitia, gloria, quies, voluptas, thesaurus, et omnia.

Caput Septimum.

De voto Castitatis, et modis eam conservandi.

Votum Castitatis definitur, Voluntariè Deo promissa abstinentia ab omni actu venereò.

Dicitur 1.º Voluntariè Deo promissa abstinentia, ut indicetur huiusmodi votum minime à Deo acceptari, si desit liber consensus.

Dicitur 2.º Ab omni actu venereò, intellige tam internò quam externò, ut amplius patebit ex di-

cedis. Igitur

Dicendum 1^o Religiosos vi voti Castitatis obligari 148
abstinere ab omni voluntaria Delectatione carnis
venerea tam internâ, quam externâ etiam alias
conjugibus licita. Id certum et commune fidei
dogma est apud Catholicos; atque facile eruitur
ex natura voti solemnâ, quo quis se obligat ad con-
tinentiam et castitatem perfectam.

Dicendum 2^o. Violationem voti Castitatis esse ex 149.
genere suo peccatum mortale, adeo ut ex parvitate
materie nunquam sit veniale, sed solum ex inadverten-
tia et defectu plene Deliberationis.

Prima pars est omnium et extra Dubium; atque
patet ex S. Thomâ 2. 2. q. 154. art. 4. et ex S. Anto-
mino part. 2. tract. 5. cap. 1. num. 9. qui afferunt, hoc
non esse tenendum tanquam opinionem, sed tan-
quam de fide.

Secunda pars itidem ab omnibus propugnatur.
Si enim alia peccata, licet alioquin enormia, ut
blasphemia, homicidia, p. ex defectu plene Deli-
berationis et advertentia à mortali causant;
cur non etiam violatio castitatis ex simili plene
Deliberationis et advertentia defectu proveniens?

Dicendum 3^o Religiosum, qui violat votum 150.
castitatis, duo committit peccata, luxuria sili-
cet, dum contra virtutem castitatis agit, et Savi-
legii, dum contra virtutem Religionis peccat. Ita
rursus omnes.

Præstat hic audire San-gallenses nostros Tract.
2. Sect. 3. Dub. 2. Bis, inquirunt, mortaliter, Sa-
vilegè sicut et luxuriosè delinquit, qui, post
promissam Deo castitatem, advertenter et Delibe-
ratè se vel ad momentum venerea voluptate,
ex casuali commotione seu titillatione quan-
tumvis modicâ perceptâ oblectat, vel etiam libi-
dinose, etiamsi ad brevissimam moram tangit,
aspicit se, alium, aut aliud, vel qui ullo modo
conatur aut procurat excitare in carne suâ aut
alienâ venerem, licet minimum, etiam mo-
dicè sensibilem pruritum, titillationem, Delecta-
tionem, pollutionem, quamvis quantitate exci-

quam, v. g. Stilam unicam. Ratio est; quia omnis lasciva carnis commotio est ex natura unicum medium ad generationem; hinc cui non licet finis, nec ei licet medium ad hunc finem unice ordinatum.

151. Bonis media conservandi Angelicam Castitatis virtutem sunt in duplici ratione. Quaedam enim consistunt in fugâ, videlicet, occasionum, periculorum, quæ oriuntur ex conversatione, familiaritate cum Diverso Sexu; imò etiam cum pueris, qui incautis possunt esse occasio periculi, vel etiam lapsus. Ad fugam huiusmodi etiam spectat Sennum externorum custodia, per quam speciebus occluditur aditus, ne irrogant, et per vim imaginativam commoveant Spiritus, ac inquinent animam. Quaedam consistunt in actione, quâ mens sanctis operibus occupatur et repletur, ut in lectione piorum librorum, meditatione, labore, ferventi oratione, frequentia Sacramentorum, præsertim SS: Eucharistia; quia panis iste Angelicos Angelos parit, aut conservat in Angelicâ puritate; in actibus virtutum poenitentia, humilitatis, odii sui ipsius, præsentia Dei, et S. Angeli custodis. E contra, qui otium amat, castus laud erit; item consortia mala corrumpunt bonos mores, p.

Aphorismi.
152. I: Religiosi vi voti Castitatis tenentur abstinere ab omni voluntariâ Delectatione venereâ tam internâ quàm externâ.
II. Si Secus faciant, duo committunt peccata ex genere suo mortalia, luxuria scilicet et Sacrilegii.

Documentum.
Nihil magis desiderare nec in uba re majorem operam impendere debent Novitii, quàm ut coram Deo ambulent in omni puritate mentis et corporis, quatenus ei qui castitatem perpetuam jam jam vivere statuant. Est enim Castitas Jesu Christi æterni Regis amabile domicilium, et future incorruptionis mirabile principium. In eâ sita est plenitudo coelestis gratiæ, per quam ad consortium evelimur Angelorum. Nulla virtute, inquit S. Augustinus, tam proprie carnales homines spirituali-

q complacent,

Quos Angelis imitatione conversationis aequantur, quā merito et gratiā castitatis. O sane beatos! si Dominum castitatis inviolatum usque ad mortem custodire valeant: custodient autem, si amore Jesu Christi mente et corpore puri ab omni carnis coinguinatone se se abstineant, si fervore Spiritus Sancti in charitate Dei dulciter ardeant, si nihil omnino in hoc saeculo concupiscant, si cum Christo esse jugiter desiderent. Considerent, obsecro, quam infelix sit ille Religiosus, qui vel semel in foream carnis labitur; majoris enim difficultatis est post hunc lapsum ad veram castitatem resurgere, quam in habitā continentia permantentem vivere; nam ut versiter quidam dixit: facilis Descensus, sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, hoc opus hic labor est. Igitur omni custodia servent corda sua munda, et contra nunquam dormientem adversarium semper animo vigilent: sed et auxilium Domini implorare non cessent; in vanum enim laborat, qui pretiosum castitatis thesaurum suis viribus custodire presumit; virtus enim haec Dominum est gratia, non nature, et praeter carnem in carne vivere Angelica fortitudinis est non humana. O Christe Jesu per virtutem castitatis me vita tua et B^{ea}tae genitricis tuae Virginis Mariae libera nos ab omni mentis et corporis contagione.

Capitulum octavum.

De voto Obedientiae.

Primum votum, in quo substantia status Religiosi maxime consistit, et sine quo Ordo, Monasticus potius confusio, et perturbatio foret, est Obedientia. De ea proinde hic nobis agendum.

S. Primus.

Quid sit votum Obedientiae.

Religiosa Obedientia votum definitur, promissio 155. Deo facta, qua Religiosus propriam voluntatem Superiori subjiciens se obligat ad parendum in omnibus, quae cadere possunt sub virtute Obedientiae.

Dicitur 1^o promissio Deo facta, quibus verbis denotatur, quod ille, qui ita vovet, necessariam obligationem contrahat votum huius implendi, alioquin tanquam infidelis et inisor reputabitur. Dicitur 2^o proprium subjiciens voluntatem